1860



EPIGRAMMATA

EXCERPTA EX ANTHOLOGIA GRAECA

ET VERSIBUS LATINIS REDDITA

ACCEDIT APPENDIX CONTINENS
NON PAUCA EX IISDEM EPIGRAMMATIS IN VERSUS
ITALOS TRANSLATA

MUTINAE

EX OFFICINA HEREDUM SOLIANI
A. MDCCCLX.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ALUMNIS
COLLEGII MUTINENSIS CAROLIANI
LINGUAE GRAECAE STUDIOSIS

Joan. Bapt. Tarasconius

Epigrammata e graeca Anthologia excerpta, quae vobis, praestantissimi Adolescentuli, prosa oratione atque ad verbum partim jam sum interpretatus et partim, si Deo placuerit, interpretabor, nunc in versus latinos, totidem quidem quot graeci sunt sed sola verborum omnium, quantum potui, sententia servata, convertere tentavi. Hoc modo, opinor, fiet ut de graecorum poetarum acuminibus et leporibus aliquid degustetis, quod ex altero interpretandi modo, a principio necessario discentibus, vix aut omnino non potuit vobis contingere. Annotatiunculas vero nonnullis locis ad faciliorem vel pleniorem rerum intelligentiam apposui, et in fine, ad specimen venustatum graecarum nostra etiam lingua dandum, adjeci ea omnia quae ab Aloisio Alaman-

nio et plura quae a Josepho Maria Pagninio ex iisdem epigrammatis fuerunt in italos versus translata. Equidem adjecissem et omnia quae a Pagninio, nisi in ipso saepe majorem elegantiam et munditiam sermonis, interdum etiam subtilius desideravissem judicium. Accipite igitur, adolescentuli optimi ac mihi carissimi, hunc libellum ea benevolentia et alacritate qua me docentem audire consuevistis, et operam pergite, ut facitis, enixe dare ejus linguae studio in qua verae solidaeque eruditionis perfectio est atque absolutio. Id persuasum vobis sit quod jam doctissimus vir, Marcus Antonius Muretus (Var. Lect. lib. 2, c. 20) persuasum esse existimabat omnibus qui versantur in litteris, sine graeci sermonis cognitione mancam omnem ac mutilam esse doctrinam, et qui ejus expertes sint, ab eis ne latine quidem scripta penitus percipi. *Valete.*

I.

LUCIANI

Deum nihil latet.

Ανθρωπους μεν ισως λησεις ατοπον τι ποιησας·
ου λησεις δε θεους, ουδε λογιζομενος.

Si male quid facias, homines fortasse latebit;
At non, quem tua nec mens latet ipsa, Deum.

II.

Possessio externorum bonorum inconstans.

Αγρος Αχαιμενιδου γενομην ποτε, νυν δε Μενιππου·
και παλιν εξ ἑτερου βησομαι εις ἑτερον.
Και γαρ κεινος εχειν με ποτ' ωετο, και παλιν οὑτος
οιεται· ειμι δ' ὁλος ουδενος, αλλα Τυχης.

Fundus Achemenidae fueram, nunc vero Menippi;
Atque alium ex alio rursus herum inveniam.
Hic me namque suum putat, ut quondam ille putabat;
At sum Fortunae, non homini proprius (1).

(1) De hac eadem re vid. Horat. 2. sat. 2. v. 129-135. et 2. ep. 2. v. 170-175.

III.

De bonis animi.

Πλουτος ὁ της ψυχης, πλουτος μονος εστιν αληθης·
τ'αλλα δ' εχει λυπην πλειονα του αγαθου.

Quae bona sunt animi, haec solum bona vera putato;
Nam dolor in reliquis laetitiam exsuperat.

IV.

INCERTI

Amici boni pretium.

Θησαυρος μεγας εστ' αγαθος φιλος, Ἡλιοδωρε,
τῳ και τηρησαι τουτον επισταμενῳ.

Heliodore, bonum quicumque invenit amicum,
Thesaurum invenit, si retinere sciat (2).

V.

PALLADÆ

In aurum.

Χρυσε, πατερ κολακων, οδυνης και φροντιδος υἱε,
και το εχειν σε, φοβος· και μη εχειν σ', οδυνη.

Gignis adulantes, et curis gigneris, Aurum;
Teque tenere metus; teque carere, dolor.

VI.

INCERTI

In Herodotum historicum.

Ἡροδοτος Μουσας ὑπεδεξατο· τῳ δ' αρ' ἑκαστη
αντι φιλοξενιης βιβλον εδωκε μιαν.

---

(2) Praeclare S. Hieronymus in Mich. 2. 7. 7. *Amicus diu quaeritur, vix invenitur, difficile servatur.*

Herodoto Musae exceptae, atque ipsi unus ab una-
Quaque liber pretium traditus hospitii (3).

VII.

Pietas Æneae erga patrem.

Εκ πυρος Ιλιακου δορατων μεσον ἡρπασεν ἡρως
Αινειας, ὁσιον παιδι βαρος, πατερα.
Εκλαγε δ' Αργειοις· Μη ψαυετε· μικρον ες αρη
κερδος ὁ γηραλεος, τῳ δε φεροντι, μεγα.

Quum pius e Trojae flammis arma inter et hostes
Aeneas patrem, sanctum onus, eriperet,
Clamabat Danais: Ne tangite; bellica praeda
Hic parva est vobis, sed mihi magna, senex.

VIII.

CYLLENII (4)

Pirus insita.

Ἡ παρος εν δρυμοισι νοθης ζειδωρος οπωρης
αχρας, θηροβοτου πρεμνον ερημοσυνης,
Οθνειοις οζοισι μετεμφυτος, ἡμερα θαλλω,
ουκ εμον ἡμετεροις κλωσι φηρουσα βαρος.
Πολλη σοι, φυτοεργε, πονου χαρις· ειvεκα σειο
αχρας εν ευκαρποις δενδρεσιν εγγραφομαι.

Quae pirus in dumis silvestria poma ferebam,
Vermibus atque feris pabula silvicolis,
Nunc mutata loco, fetuque piri insita lectae,
Flore et adoptivo pondere honestor opum.
Gratia magna tibi, cultor; te propter amoenis
Atque homini utilibus ponor in arboribus (5).

(3) Herodotus tanta suavitate scripsit novem libros historiarum, ut singuli a singulis Musis nomen invenerint.

(4) In Anthologia Planud. Callinio adscribitur.

(5) Quae de arbore fingit poeta, transferenda in hominem sunt.

IX.

CARPHYLIDIS

Pietatis officiis non abest gratia.

Ιχθυας αγκιστρο τις απ' ποινος ευτριχι βαλλον
ειλκυσε ναυαγου κρατα λιποτριχεα.
Οικτειρας δε νεκυν τον ασωματον, εξ ασιδηρου
χειρος επισκαπτον, λιτον εχωσε ταφον.
Ευρε δε κευθομενον χρυσου κτεαρ. Η ρα δικαιοις
ανδρασιν ευσεβιης ουκ απολωλε χαρις.

Humanum sine crine caput piscator ab undis
Traxit, naufragi ludibrium pelagi.
Relliquias mortis miseratus, inopsque ligonis,
Quo tumulum condat, fodit humum manibus.
Haec peragens thesaurum invenit. Digna profecto
Gratia abesse piis non solet officiis.

X.

PALLADÆ

Serapis et Homicida.

Ανδροφονῳ σαθρον παρα τειχιον ὑπνοοντι
νυκτος επιστηναι φασι Σαραπιν οναρ,
και χρησμῳδησαι· Κατακειμενος οὑτος, ανιστω,
και κοιμω μεταβας, ω ταλας, αλλαχοθι.
Ὁς δε διϋπνισθεις μετεβη. Το δε σαθρον εκεινο
τειχιον εξαιφνης ευθυς εκειτο χαμαι.
Σωστρα δ' ἑωθεν εθυε θεοις χαιρων ὁ κακουργος,
ηδεσθαι νομισας τον θεον ανδροφονοις.
Αλλ' ο Σαραπις εχρησε παλιν, δια νυκτος επιστας·
Κηδεσθαι με δοκεις, αθλιε, των αδικων;

---

erga eos gratum quibus omnem animi cultum debet. Atque utinam semper dici posset cum Cicerone, Planc. 33. *Quis, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores cum grata recordatione in mente versentur?*

Ει μη νυν σε μεθηκα θανειν, θανατον μεν αλυπον
νυν εφυγες, σταυρῳ δ' ισθι φυλαττομενος.

Quum noctem exigeret prope murum homicida caducum,
Huic visum in somnis fama Serapin ait,
Et monuisse: Heu surge, miser, rape membra sopori;
Quo jaceas, alium jam tibi quaere locum.
Excussus somno fugit, murumque repente
Audiit ingenti procubuisse sono.
Sacra salutiferis diis laetus mane ferebat,
Diis homines hominum caede placere ratus.
Sed rursum increpitans venit de nocte Serapis:
Mene favere putas, improbe, criminibus?
Ni te servaram, cruciatu absente, peribas;
At mox, si nescis, experiere crucem.

XI.

LUCIANI

In falsum amicum.

Ουδεν εν ανθρωποισι Φυσις χαλεπωτερον εὑρεν
ανθρωπου καθαραν ψευδομενου φιλιαν·
ου γαρ εθ' ὡς εχθρον προφυλασσομεθ', αλλ' αγαπωντες
ὡς φιλον, εν τουτῳ πλειονα βλαπτομεθα.

Nil homine hoc homini pejus natura paravit,
Sanctam qui praefert falsus amicitiam.
Non enim ut infensum metuis, sed amas ut amicum,
Atque tibi hoc ipsum maxima pernicies.

Aliter aliquanto liberius.

Qui mentitur amicitiae commercia sanctae,
Nil homine hoc homini tristius invenies.
Nulla ex parte cavens, huic te tuaque omnia credis;
Unde tibi atque tuis maxima pernicies.

XII.

LUCILLII

In idem argumentum.

Ει με φιλεις, εργῳ με φιλει, και μη μ' αδικησης,
αρχην του βλαπτειν την φιλιαν θεμενος·
Πασι γαρ ανθρωποισιν εγω πολυ κρεσσονα φημι
την φανεραν εχθραν της δολερας φιλιας.
Φασι δε και νηεσσιν ἁλιπλανεεσσι χερειους
τας ὑφαλους πετρας των φανερων σπιλαδων.

Si quis amat, factis amet, et ne laedat amatum
Me, fraude atque armis usus amicitiae.
Namque homini longe melius quod saevit apertum,
Credo equidem, est odium, quam simulatus amor.
Sic et navigiis gravius nocet abdita cautes,
Quam quae velivolis conspicua exstat aquis.

XIII.

INCERTI

Invidia invidiosos puniens.

Ὁ φθονος εστι κακιστον, εχει δε τι καλον εν αυτῳ·
τηκει γαρ φθονερων ομματα και κραδιην.

Grande malum invidia; hoc boni habet tamen, invidiosos
Quod tabe illa oculos, illa cor afficiat.

XIV.

INCERTI

In simulacrum Victoriae,
cujus alae e caelo ictae Romae deflagraverant.

Ῥωμη παμβασιλεια, τεον κλεος ουποτ' ολειται·
Νικη γαρ σε φυγειν απτερος ου δυναται.

Roma potens mundi, amissis Victoria pennis (6),
Quum fugere hinc nequeat; vis tua semper erit.

XV.

INCERTI

Niobe Praxitelis.

Εκ ζωης με θεοι τευξαν λιθον· εκ δε λιθοιο
ζωην Πραξιτελης εμπαλιν ειργασατο.

E viva in saxum dii me vertere; revertor
E saxo in vivam munere Praxitelis.

XVI.

PHILIPPI

In Jovem olympium Phidiae.

Η θεος ηλθ' επι γην εξ ουρανου, εικονα δειξων,
Φειδια, η συ γ' εβης τον θεον οψομενος.

Aut terram petiit deus, aut tu, Phidia, caelum,
Ut vera exprimeres ipsius ora dei (7).

---

(6) Victoria repraesentabatur alata, tamquam solita ad quos vellet e proeliantibus volitare. Vid. Tibull. l. 2. 5. 45. Interdum tamen, boni ominis causa, sine alis effingebatur, quod ab Atheniensibus factum esse, demonstrat Pausaniae testimonio Iacobs Anthol. tom. 5. p. 612.

(7) Hunc Jovem ex ebore et auro fuisse, tradunt Plinius, Pausanias et Cassiodorus apud Cerdanum in Virgil. 1. Aen. 596.

XVII.

INCERTI

In vaccam aeream Myronis.

Ταν βουν ταν δε Μυρων, ξειν', επλασεν, ἡν οδε μοσχος
ὡς ζωσαν σαινει ματερα δερκομενος,

Mirum, haec vacca, Myronis opus, quam blandus, ut ipsam
Si matrem intuitus, circuit hic vitulus (8).

XVIII.

DEMETRII.

Aliud.

Ὡδε Μυρων μ' εστησε το βοιδιον· οἱ δε νομηες
βαλλουσιν με λιθοις, ὡς απολειπομενον.

Hac me sede Myron statuit : quo jure lacessor
Pastorum saxis, devia bos veluti ?

XIX.

JULIANI

Aliud.

Βουκολε, ποι προθεειν με βιαζεαι; Ισχεο νυσσων·
Ου γαρ μοι τεχνη και τοδ' οπασσεν εχειν.

Pastor, cur instas ut eam? Jam pungere cessa;
Non ea dos etiam venit ab arte mihi.

(8) *Myronem... bucula maxime nobilitavit, celebratis versibus laudata.* Ita Plin. l. 34 c. 8.

XX.

INCERTI

In templum Jovis Olympii.

Αυτον Ζηνος ὁδ' οικος επαξιος· ουδ' αν Ολυμπος
μεμψεται ουρανοθεν Ζηνα κατερχομενον.

Haec Jove digna domus: non ipse queretur Olympus
Huc a caelesti sede venire deum.

XXI.

Aliud.

Κεκροπιδαι Διϊ τονδ' εθεσαν δομον, ὁς απ' Ολυμπου
νισσομενος ποτι γαν, αλλον Ολυμπον εχοι.

Cecropidae posuere (9) Jovi, ut, quum linquit Olympum,
Hospita sit sedes alter Olympus humo.

XXII.

CLEOBULI

Aenigma.

Εις ὁ πατηρ, παιδες δε δυωδεκα· των δε ἑκαστῳ
κουραι ἑξηκοντα διανδιχα ειδος εχουσαι.
Αἱ μεν λευκαι εασιν ιδειν, αἱ δ' αυτε μελαιναι,
αθανατοι δε τ' εουσαι αποφθινυθουσιν ἁπασαι.

Est pater, et nati bis sex, sua pignora; et hi ter
Denos singuli habent pueros, totidemque puellas.

---

(9) Subaudi *templum*, quod omissum est; quoniam hoc distychon haberi potest tamquam titulus in ipso templo inscriptus.

Albo sunt pueri, nigro sunt ore puellae;
Omnes morte carent, omnes moriuntur ad unum (10).

XXIII.

INCERTI

Aliud.

Μητερ' εμεν τικτω και τικτομαι· ειμι δε ταυτης
αλλοτε μεν μειζων, αλλοτε μειοτερη.

Ut matrem ipse meam gigno, sic gignor ab ipsa;
Et modo sum major, sum modo matre minor.

XXIV.

Aliud.

Ειμι πατρος λευκοιο μελαν τεκος, απτερος ορνις,
αχρι και ουρανιων ἱπταμενος νεφεων.
κουραις δ' αντομεναισιν απενθεα δακρυα τικτω·
ευθυ δε γεννηθεις λυομαι εις αερα.

Nigra ego sum proles albi genitoris, et ales
Implumis volito nubium ad usque plagam.
Quos oculos incurso, invitis lacrima manat;
Aurasque in tenues it mea vita recens.

XXV.

Aliud.

Αν μ' εσιδῃς, και εγω σε. Συ (*) μεν βλεφαροισι δεδορκας·
αλλ' εγω ου βλεφαροις· ου γαρ εχω βλεφαρα.
Αν δ' εθελῃς, λαλεω φωνης διχα· σοι γαρ ὑπαρχει
φωνη, εμοι δε ματην χειλε' ανοιγομενα.

(*) *Συ μεν βλεφ. δεδ.* ex emendatione quam proponit Iacobs pro *Τι με βλεφαροισι δεδορκας;* quae sensum turbant.

---

(10) Aenigmatis hujus et aliorum, itemque subsequentium problematum arithmeticorum solutionem praetermitto adnotare, ne lectori invideam voluptatem, qua sic eum afficere possunt. *Tentant enim*, ut ait Seneca, *acumen animorum, et intentionem excitant.* Benef. l. 5. c. 12.

Tu me, ego te intueor. Tu oculorum conspicis usu,
Ast ego nequaquam; namque oculis careo.
Quid? sine voce loquar, si vis; tibi prompta loquenti
Vox, mihi diductis deficit illa labris.

XXVI.

Problema arithmeticum.

Χαλκεος ειμι λεων· κρουνοι δε μοι ομματα δοια,
και στομα, και το θεναρ δεξιτεροιο ποδος.
Πληθει δε κρητηρα δυ' ημασι δεξιον ομμα,
και λαιον τρισσοις, και πισυρεσσι θεναρ·
Αρκιον ἑξ ὡραις πλησαι στομα· συν δ' ἁμα παντα,
και στομα, και γληναι, και θεναρ, ειπε ποσον. (*)

(*) Brunkius ποσαις, Jacobs mallet ποσῳ, scilicet χρονῳ.

Sum cavo in aere leo, atque ambo mihi lumina fontes,
Osque ipsum et dextri planta forata pedis.
Hunc oculus dexter geminis cratera diebus,
Tergeminis laevus, plantaque quatriduo,
Sexque horis replet os. At cuncta, os, lumina, pesque
Id quanto facerent tempore scire velim.

XXVII.

Aliud.

Ὁμηρος Ἡσιοδῳ ερωτησαντι, ποσον το
των Ἑλληνων πληθος το κατα της
Ιλιον στρατευσαν.

Ἑπτ' εσσαν μαλερου πυρος εσχαραι· εν δε ἑκαστῃ
πεντηκοντ' οβελοι, περι δε κρεα πεντηκοντα·
τρις δε τριηκοσιοι περι ἑν κρεας ησαν Αχαιοι.

Quaerenti Hesiodo quot Graeci moenia Trojae
Obsidione simul premerent, respondit Homerus:
Septena ardebant incendia, singula castris
Quinquagena boum torrebant corpora, et unus-
Quisque boum novies centum nutribat Achaeos.

XXVIII.

Aliud.

Αἱ Χαριτες μηλων καλαθους φερον, εν δε ἑκαστῳ
ισον εην πληθος. Μουσαι σφισιν αντεβολησαν
εννεα, και μηλον σφεας ητεον· αἱ δ' αρ' εδωκαν
ισον ἑκαστῃ πληθος, εχον δ' ισα εννεα και τρεις.
Ειπε, ποσον δωκαν, και οπως δ' ισα πασαι εχεσκον.

Formosae Charites totidem sibi poma ferebant,
Quaeque suo in calatho; quum Musae poma rogantes
Occurrere novem. Quare pars aequa benigne
Cuique data; ac totidem sibi tres habuere, novemque.
Quot dederint, fueritque ut pars, dic, omnibus aequa.

XXIX.

SOCRATIS

Aliud.

α. Ολβιε Πυθαγορη, Μουσεων Ἑλικωνιον ερνος,
ειπε μοι ειρομενῳ, ὁποσοι σοφιης κατ' αγωνα
σοισι δομοισιν εασιν, αεθλευοντες αριστα.

β. Τοιγαρ εγων ειποιμι, Πολυκρατες· ἡμισεες μεν
αμφι καλα σπευδουσι μαθηματα· τετρατοι αυτε
αθανατου φυσεος πεπονηαται· ἑβδοματοις δε
σιγη πασα μεμηλε, και αφθιτοι ενδοθι μυθοι·
τρεις δε γυναικες εασι, Θεανω δ' εξοχος αλλων.
Τοσσους Πιεριδων ὑποφητορας αυτος αγινω.

Felix Musarum doctique Heliconis alumne,
Dic mihi, Pythagora, quot apud te sumere certant
Quas pulcra ante oculos posuit sapientia palmas.

Accipe quod quaeris, tecumque, Polycrate, habeto.
Dimidia invigilat formis operosa mathesis,
Quartaque pars rerum causis; at septima muto
Ore manet, verumque animo immortale volutat.
Sunt quoque tres nymphae, quas inter summa Theano.
Tot sunt Pieridum formo quos ipse ministros.

XXX.

LEONIDAE

Vivitur parvo bene.

Τουτο το του Κλειτονος επαυλιον, ή τ' ολιγολαξ
σπειρεσθαι, λιτος δ' ό σχεδον αμπελεον,
τουτο τε ῥοπεευειν ολιγοξυλον· αλλ' επι τουτοις
Κλειτον ογδοκοντ' εξεπερησ' ετεα.

Haec casa Clitonis lutea, hic cerealis agellus,
Et numero paucae quae prope viticulae;
Tum silva haec parco apta foco: his tamen ille beatus
Ultra bis denas vixit olympiadas.

XXXI.

PLATONIS

Vis temporis.

Αιων παντα φερει. Δολιχος χρονος οιδεν αμειβειν
ουνομα, και μορφην, και φυσιν, ηδε τυχην.

Omnia fert aetas (11). Mutantur tempore nobis
Formae, naturae, nomina (12), conditio.

XXXII.

INCERTI (13)

Rosa.

Το ῥοδον ακμαζει βαιον χρονον· ην δε παρελθῃ,
ζητων ευρησεις ου ῥοδον, αλλα βατον.

(11) *Omnia fert aetas.* Hemistichium Virgilii (ecl. 9. 51.), cui hoc fortasse Platonis ante oculos erat. Lucret. autem lib. 5. 826. de vi temporis in res omnes:

Mutat .... mundi naturam totius aetas,
Ex alioque alius status excipere omnia debet,
Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant,
Omnia commutat natura et vertere cogit.

(12) Quia, qui nunc v. gr. nominantur pueri, olim nominabuntur juvenes, viri, senes.

(13) Est qui Luciano tribuat. Adi Anthologiam graec. quam Fridericus Jacobs edidit Lipsiae an. 1813 ad an. 1817. Et sic deinceps adito, quotiescumque videbis hanc notam *Al.*

Pulcra breve in tempus floret rosa; quod simul ivit,
Non rosa quaerentem, spina sed aspra manet.

XXXIII.

Beneficium cito conferendum.

*Ωκειαι χαριτες γλυκερωτεραι· ην δε βραδυνη,
πασα χαρις κενεη, μηδε λεγοιτο χαρις.*

Dulcior est, citior quo gratia; et irrita laudis,
Si tardet, nec jam nomine digna suo (14).

XXXIV.

In Spem et Fortunam.

*Ελπις και συ Τυχη, μεγα χαιρετε· τον λιμεν' εὑρον·
ουδεν εμοι χ' ὑμιν· παιζετε τους μετ' εμε.*

Spes, et tu, Fortuna, vale; mihi portus apertus;
A vobis abeo, ludite qui veniunt.

XXXV.

Hercules ad viatorem.

*Μη τρεσσης, ὁτι τοξον, ὁδοιπορε, και νεοθηγεις
ιους γυμνωσας, προσθε ποδων εθεμην,
μηδ' ὁτι βασταζω ῥοπαλον χερι, μηδ' ὁτι δερμα
αμφ' ωμοις χαροπου τουτο λεοντος εχω·
Πημαινειν ου παντας επισταμαι, αλλα κακουργους·
και σωζειν αγαθους εξ αχεων δυναμαι.*

Ne timeas quod tela, viator, acuta, quod arcum
Exposui ante pedes, ambo parata neci;
Nec manibus gesto quod clavam, quodque leonis
Horribiles humeris induor exsuvias;

---

(14) *Quia, quum in omni officio magni aestimetur dantis voluntas, qui tarde fecit, diu noluit.* Senec. 1. Benef. 1.

Novi equidem ire malos, non quemvis, ad mala; et idem
Servare incolumes sum potis usque bonos.

XXXVI.

LUCILLII

In Pigrum.

Εις φυλακην βληϑεις ποτε Μαρκος ὁ αργος, ἑκοντι,
οκνων εξελϑειν, ὁμολογησε φονον.

Carcere quum pigrum Diodorum (15) exire pigeret,
Ultro se ipse reum crimine caedis ait.

XXXVII.

In invidum.

Μακροτερῳ σταυρῳ σταυρουμενον αλλον ἑαυτου
ὁ φϑονερος Διοφων εγγυς ιδων εταχη.

In cruce quum pendens prope pendentem altius ipso
Suspiceret Diophon invidus, ingemuit (16).

XXXVIII.

In avarum.

Ποιησας δαπανην εν ὑπνοις ὁ φιλαργυρος Ἑρμων,
εκ περιωδυνιας αὑτον απηγχονισεν.

Expensae, in somnis Hermo quam fecit avarus,
Impatiens, laqueo colla premenda dedit.

(15) In graec. *Marcum*, pro quo reddidi *Diodorum*. Talem nominis mutationem, ut semel dicam, si nihil rei, sicut hic, officere et mihi commodam putavero, etiam alibi facere non dubitabo.

(16) Graec. εταχη, *tabuit*. Tabescere vulgo dicitur de invidiosis; hic tamen, quum de homine cruci affixo, ideoque brevi morituro, agatur, verisimilior invidiae effectus mihi gemitus est visus, quam tabes.

XXXIX.

Avarus et Mus.

Μυν Ασκληπιαδης ὁ φιλαργυρος ειδεν εν οικῳ,
και, Τι ποιεις, φησιν, φιλτατε μυ, παρ' εμοι;
Ἡδυ δ' ὁ μυς γελασας, Μηδεν, φιλε, φησι, φοβηϑης·
ουχι τροφης παρα σοι χρῃζομεν, αλλα μονης.

Murem forte domi Menalippus vidit avarus,
Et, Quid apud me, quid, mus bone, dixit, agis?
Mus dulce huic ridens: Nihil o tibi, amice, timendum;
Huc latebram veniens, non alimenta, peto.

XL. (17)

In avarum.

Πλουτον μεν πλουτουντος εχεις, ψυχην δε πενητος,
ω τοις κληρονομοις πλουσιε, σοι δε πενης.

Sunt tibi ditis opes, animus sed pauperis, aevum
Qui dis heredi, qui tibi pauper, agis.

XLI.

Non est dives qui divitiis non utitur.

Πλουτειν φασι σε παντες, εγω δε σε φημι πενεσϑαι·
χρησις γαρ πλουτου μαρτυς, Απολλοφανες.
Ην μετεχῃς αυτων, σα γιγνεται· ην δε φυλαττῃς,
κληρονομοις, απο νυν γιγνεται αλλοτρια.

Te, quamvis omnes opulentum, ego rebor egenum;
Nam testatur opes usus, Apollophanes.
Haec bona, si frueris, tua sunt; sin vero reservas
Heredi, sunt ex hac aliena die.

(17) Al. Palladae.

XLII.

In pictorem.

Τον Παχυν ευ (*) εγραψεν ὁ ζωγραφος. Αλλ' απολοιτο,
ει δυο μισητους ανθ' ἑνος οψομεθα.

(*) Jacobs putat legendum fortasse ευ μεν εγραψ' ὁ ζωγραφος.

Pictor mirifice expressit Pachyn (18). At pereat, quod
Uno pro monstro nunc duo conspicimus.

XLIII.

AMMIANI

In cantorem qui erat idem medicus.

Νικητης αδων τον ωτον (*) εστιν Απολλων·
ην δ' ιατρευη, των θεραπευομενων.

(*) Al. ωδων.

Si canit ad citharam Nicetas, aurium Apollo est (19);
Aegrorum, medicae si juvat artis ope (20).

(18) *Pachyn.* Hoc nomen, quod graece significat *crassum, obesum*, alii accipiunt ut *proprium*, hominis nempe sua deformitate notissimi, et idcirco habens articulum *praepositivum* τον; alii ut *appellativum*, sed loco proprii positum ad indicandum quemdam, qui ob suam obesitatem vulgo appellabatur ὁ Παχυς, quique a nobis vocaretur *il Grasso*, seu *il Grosso*.

(19) Hoc epigramma inter satyrica habetur. Nec mirum; quum vox Απολλων sit ambigua. Significat enim Apollinem fabulose dictum inventorem et patrem artis canendi ac medendi; et praeterea, tamquam participium εκ του απολλειν (unde aliqui cognominatum Apollinem putant, v. Macrob. 1. Saturn. 17. et Eustath. ad 1. Iliad. 56.), significat *perdentem*, seu *destruentem*. In latina interpretatione, qua ambiguitas servari non potuit, est omnino laudativum.

(20) *medicae si juvat* etc. Graece simpliciter *si medeatur*, ne pereat ambiguitas, quam supra dixi.

XLIV.

NICARCHI (21)

In cantorem.

Νυκτικοραξ αδει θανατηφορον· αλλ' όταν ασῃ
Δημοφιλος, θνησκει καὐτος ὁ νυκτικοραξ.

Mors hominum sequitur cantum bubonis ; at ipse
Et bubo ad cantum Demophili emoritur.

XLV.

LUCIANI (22)

Barba non facit Philosophum.

Ει το τρεφειν πωγωνα δοκεις (*) σοφιαν περιποιειν,
και τραγος ευπωγων ευστοχος εστι Πλατων.

(*) Al. δοκει.

Si venit a longae cultu sapientia barbae,
Hircus barbatus jure Plato alter erit.

XLVI.

PLATONIS (23)

Varietas Fortunae.

Χρυσον ανηρ εὑρων ελιπε βροχον· αυταρ ὁ χρυσον
ὁν λιπεν ουχ εὑρων, ἡψεν ὁν εὑρε βροχον.

Hic, auro invento, laqueum projecit ; hic, auro
Amisso, invenit, quo periit, laqueum.

XLVII.

Musa decima.

Εννεα τας Μουσας φασιν τινες· ὡς ολιγωρως.
Ηνιδε και Σαπφω Λεσβοθεν ἡ δεκατη.

(21) Al. Leonidae, et al. Lucillii.
(22) Al. Palladae, et al. incerti.
(23) Al. Statilii Flacci.

Pieridas quidam numerant novem; hic haud levis error.
En Sappho a Lesbo Pieridum decima.

XLVIII. (24)

Venus et Musae.

Ἁ Κυπρις Μουσαισι· κορασια, ταν Ἀφροδιταν
τιματ', ἠ τον Ερον (*) υμμιν εφοπλισομαι.
Χαι Μουσαι ποτι Κυπριν· Αρει τα στωμυλα ταυτα·
ἡμιν δ' ου πεταται τουτο το παιδαριον.

(*) Ερον pro Ερωτα. Al. Ερωϑ', et al. Ερον.

Quum Cypris haec Musis: Venerem ne spernite, nymphae,
Aut mihi vos ultum teliger ibit Amor;
Tum Musae: Memores istaec jocularia Marti;
Non volat ad nostrum pupulus ille chorum (25).

XLIX.

PAULI SILENTIARII

Quomodo a turpi amore cavendum.

Μη ποτε κοιλημνης Παφιη νοον· αντιτυπον γαρ
ευϑυς αποϑρωσκει κουφος Ερως κραδιης.
Οιστρος ολισϑηεσσαν εχει φυσιν. ην τις οϊστον
ακρον ελῃ φλογερον, δυεται εντος ὁλος.
Ελπιδι μη ϑελξῃς φρενα μαχλαδι· γυιοβορον γαρ
πυρ ὑποριπιζει, ϑυμον εφελκομενη.

(24) Al. Musicii.

(25) Ab hoc epigrammate ductum putaverim dialogum Luciani inscriptum, *Venus et Cupido*. In quo hic matri interroganti, cur non petat Minervam, Musas et Dianam, respondet Minervam sibi torvo aspectu ac minis gravibus terrorem injicere, Musas *semper aliquid meditari et cantui operam dare*, Dianam denique procul a se per montes fugere studio continuo venandi incensam. Quae significant a turpi Cupidine tutos esse qui accedentem severi repellunt, et qui nunquam otiantur.

Nunquam aditum Veneri tua mens det; namque, repulsam
  Unde tulit, velox pectore cedit Amor.
Lubricus ille, sua et sunt lubrica; si ignea cuspis
  Incautum pungat, tota sagitta subit.
Spe cave lasciva mulceri; haec, blanda medullas
  Ut semel incendit, mentem animi eripuit.

L.

MELEAGRI

Vinum aqua temperandum.

Αἱ Νυμφαι τον Βακχον, ὁτ' εκ πυρος ἡλατο κουρος,
  νιψαν ὑπερ τεφρης αρτι κυλιομενον.
Τοὐνεκα σὺν Νυμφαις Βρομιος φιλος· ἠν δε νὶν ειργῃς
  μισγεσθαὶ, δεξῃ πῦρ ετι καιομένον.

Sollicitae Bacchum, quum prodiit igne puellus,
  Naides abluerunt sordidulum cinere.
Naides hinc Bromio carae (26); hinc et adhuc, nisi caris
  Sumas commixtum Naisin (27), ignis erit.

LI.

INCERTI (28)

Quid sibi voveat poeta.

Ουκ εθελω πλουτειν, ουκ ευχομαι· αλλα μοι ειη
  ζην εκ των ολιγων μηδεν εχοντα κακον.

Non mihi divitiae, nec deprecor; hoc satis unum:
  Vivere sit parvo, nil sit habere mali.

---

(26) Tibull. III. 6. 57.
  Naida Bacchus amat; cessas, o lente minister?
  Temperet annosum marcia lympha merum.
(27) *Naisin* dativ. plur. forma graeca pro *Naidibus*, ut apud Propert. I. eleg. 20. *Dryasin, Hamadryasin, Thyniasin.*
(28) Al. Theognidis.

LII. (29)

Quae cito egestatem afferant.

Σωματα πολλα τρεφειν, και δωματα πολλ᾽ ανεγειρειν,
ατραπος εις πενιην εστιν ἑτοιμοτατη.

Multas, Cyre, domos struere et convivia multa,
Hac ad pauperiem nulla via est brevior.

LIII.

Divitiae nimis serae.

Ην νεος, αλλα πενης· νυν γηρων πλουσιος ειμι,
ω μονος εκ παντων οικτρος εν αμφοτεροις·
ὁς τοτε μεν χρησθαι δυναμην, ὁποτ᾽ ουδε ἑν ειχον·
νυν δ᾽ ὁποτε χρησθαι μη δυναμαι, τοτ᾽ εχω.

Pauper adhuc fueram, extremo sum dives in aevo;
Sicque omnes inter solus ego usque miser.
Tempore quo potui, deerant, quo tempore contra
Uti non possum, sunt mihi divitiae.

LIV.

In simulacrum Herculis strangulantis geminos angues a Junone immissos (30).

Θλιβε δρακοντειους περιμηκεας, οβριμε, δειρας (*),
Ἡρακλες, δακετων αγχε βαθεις φαγυρας.

(*) Al. *χειρας*, et al. *σπειρας*.

---

(29) Al. Callicteris, et al. Nicarchi.

(30) Hoc simulacrum illud fortasse fuit, de quo Plin. XXXV. 36. *Magnificus est ejus* (Zeuxidis) *Hercules infans dracones strangulans.* Herculem hunc, vel huic similem egregie describit Philostrat. junior in icone V. cui titulus, *Hercules in cunis.*

Εξετι νηπιαχοιο χολον ζηλημονος Ἡρης
αμπαυσον· μοχθειν γνωθι και εκ βρεφεος.
Ου γαρ σοι κρητηρ χαλκηλατος, ουδε λεβητες,
αλλ' ὁδος εις αυλην Ζηνος, επαθλον εφυ.

Arripe serpentes longis, Tirynthie, collis;
Frange premens forti guttura vasta manu.
Jam nunc in cunis iram superare novercae,
Jam nunc dura pati proelia disce puer.
Non tibi crateres, neque noti ex aere lebetes
Certanti pretium, sed Jovis aula patet (31).

LV.

PHILIPPI

Nomen Homeri numquam periturum.

Ουρανος αστρα ταχιον αποσβεσει, η ταχα νυκτος
ηελιος φαιδρην οψιν απεργασεται,
και γλυκυ ναμα θαλασσα βροτοις αρυτησιμον (*) ἑξει,
και νεκυς εις ζωων χωρον αναδραμεται,
η ποτε Μαιονιδαο βαθυκλεες ουνομ' Ὁμηρου
ληθη γηραλεων ἁρπασεται σελιδων.

(*) Al. αροτησιμον.

Ante polus nocturna extinguet sidera, solque
Luciferum promet, nocte silente, caput;
Pontus et ante dabit dulcem sitientibus undam,
Et tumulis surgent funera viva suis;
Quam laude usque nova crescentis nomen Homeri
Queis viget in chartis deterat ulla dies.

(31) Haec fabulosa facile accomodaveris ad ea, quae homini christiano de ejus certaminibus et praemiis verissime dicas.

LVI.

ANTIPATRI SIDONII

Tuba dicata Minervae.

Ἁ παρος αἱματοεν πολεμου μελος εν δαϊ σαλπιγξ
και γλυκυν ειρανας εκπροχεουσα νομον,
αγκειμαι, Φερενικε, τεον Τριτωνιδι κουρᾳ
δωρον, εριβρυχων πανσαμενα κελαδων.

Illa ego nunc bello horrendum dare Buccina signum,
Nunc dulces pacis fundere docta modos,
Hic demum suspensa tuum, Pherenice, Minervae
Donum, clangorem tempus in omne premo.

LVII.

JULIANI

Paupertas custos domus.

Κερδαλεους διζεσθε δομους, ληϊστορες αλλους·
τοισδε γαρ εστι φυλαξ εμπεδος ἡ πενιη.

Hinc procul este, domos alias accedite, fures;
Hanc servat, custos sedula, pauperies.

LVIII.

RUFINI

Ad Rhodocleam.

Πεμπω σοι, Ῥοδοκλεια, τοδε στεφος, ανθεσι καλοις
αυτος ὑφ' ἡμετεραις πλεξαμενος παλαμαις.
Εστι κρινον, ῥοδεη τε καλυξ, νοτερη τ' ανεμωνη,
και ναρκισσος ὑγρος, και κυαναυγες ιον.
Ταυτα στεψαμενη, ληξον μεγαλαυχος εουσα·
ανθεις και ληγεις και συ και ὁ στεφανος.

Hanc mitto, Rhodoclea, tibi de flore coronam,
  Quem legi ipse mea disposuique manu.
Est rosa, veris honos, narcissusque; est anemone;
  Lilia nec desunt candida, nec violae.
His redimita caput, dementes exue fastus;
  Cum flore et sertis tu simul ipsa peris.

LIX.

Crinagorae

Rosae hieme florentes.

Ειαρος ηνθει μεν το πριν ῥοδα, νυν δ' ενι μεσσῳ
  χειματι πορφυρεας εσχασαμεν καλυκας,
σῃ επιμειδησαντα γενεθλιῃ ασμενα τηδε
  ηοι, νυμφιδιων ασσοτατῃ λεχεων.
Καλλιστης στεφθηναι (*) επι κροταφοισι γυναικος
  λῳϊον, η μιμνειν ηρινον ηελιον.

(*) Al. οφθηναι.

Vere rosae quondam florebant, sed caput ipsae
  Nunc hieme in media purpureum exserimus,
Ridentesque tibi natali hac luce venimus,
  Quam lux sponsalis proxima subsequitur.
Cingere tam pulcrae properamus tempora nymphae (32),
  Non expectantes, veris ut aura vocet.

---

(32) *Nymphae*, quae Reiskio in *Notitia Poetar. Anthologicor.* videtur fuisse Antonia minor Octaviae, Augusti sororis filia, Druso Augusti privigno desponsata A. V. C. circiter 746.

LX.

De Marcello in patriam reduce.

Ἑσπεριον Μαρκελλος ανερχομενος πολεμοιο
σκυλοφορος κραναης τελσα παρ' Ιταλιης,
ξανθαν πρωτον εκειρε γενειαδα· βουλετο πατρις
ούτως, και πεμψαι παιδα, και ανδρα λαβειν.

Cantabrico e bello spoliis Marcellus (33) onustus
Dum redit, alpinae proximus Italiae
Primam deposuit barbam. Quem patria mitti
Iam voluit puerum, vult remeare virum (34).

LXI.

Roma invicta (35).

Ουδ' ην Ωκεανος πασαν πλημμυραν εγειρῃ,
ουδ' ην Γερμανιη Ῥηνον απαντα πιῃ,

(33) *Marcellus*, id est M. Marcellus sororis Augusti Octaviae filius, quem ex Dione l. 53. c. 26. et 28. constat militavisse sub Augusto in expeditione cantabrica, et cum eodem victore Romam redivisse A. V. C. 730. aetatis suae undevicesimo vel vicesimo; mortuus est enim anno insequente, quum esset annorum viginti, ut testatur Propert. III. 18. 15. Reditum Marcelli victoris celebravit hoc carmine Crinagoras, Augusti vero Horatius od. 14. lib. 3.

(34) *virum*, nempe ut consiliis ejus patria ipsa juvetur. Marcello enim reduci jus dicendae sententiae in senatu datum fuerat. Vide Dionem l. c.

(35) Occasionem huic carmini praebuit bellum germanicum, quod, Augusto imperante, *immensum*, ut ait Vellejus II. 104. *exarserat.*

Ῥωμης ουδ' ὁσσον βλαψει σθενος αχρι κε μιμνη
δεξια σημαινειν Καισαρι θαρσαλεη.
Οὑτως και ἱεραι Ζηνος δρυες εμπεδα ῥιζαις
ἑστασιν, φυλλων δ' ανα χεουσ' ανεμοι·

Non, si diluvium (36) Oceanus meditatus abundet,
Non, si Rhenum omnem gens alamanna bibat,
Quidquam vis adimet Romae, dum dextra manebit
Caesaris aggresso praesidium imperio.
Sic et sacra Jovi quercus radicibus haeret,
Arentes frondes deripiunt Boreae (37).

---

(36) *si diluvium Ocean. med. abundet*, in graeco: *si Oceanus accessu omnem aestum excitet.* Quae sic exponit Jacobs: *Si Oceanus omnes suas copias* (*id est populos ad Oceanum habitantes*) *emiserit, Germaniaque turba sua emissa Rhenum siccaverit, ut Persarum olim copiae flumina Graeciae.* Wittenbachius apud eumdem Jac. suspicatur pro *εγειρῃ* legendum *ανειργῃ*: *Si Oceanus omnem aestus accessum in se collegerit; quo facto hostibus fines romanos aggredi tentantibus siccum litus et vadum praeberetur.*

At Eldikius pro *εγειρῃ* mallet *ερευγῃ*, *eructet*, ut antithesis magis appareat. Probabilis autem causa cur Oceanum Crinagoras memoraverit argui potest ex his, quae tradit II. 106. Vellejus: *Quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum milliarium, a Rheno usque ad flumen Albim.... romanus cum signis perductus exercitus; et eodem.... classis, quae Oceani circum navigaverat sinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subvecta, plurimarum gentium victoria, cum abundantissima rerum omnium copia, exercitui Caesarique* (Tiberio duci misso ab Augusto in Germaniam) *se junxit.*

(37) *Boreae*, haec vox pro quolibet vento vehementi et plur. num. addenda lexico Forcellini ex Virg. IV. Æn. 441.

LXII.

Luctus matris, quae duos filios habebat, unum aegrotantem et alterum bene valentem, ille recepit sanitatem, hic vero interiit.

Παιδων αλλαχθεντι μορῳ επι, τουτ' ελεεινη
μητηρ, αμφοτερους, ειπε, περισχομενη·
Και νεκυν ου σεο, τεκνον, επ' ηματι τῳδε γοησειν
ηλπισα, και ζωοις ου σε μετεσσομενον
οψεσθαι. Νυν δ' οἱ μεν ες ὑμεας ημειφθησαν
δαιμονες· αψευστον δ' ἱκετο πενθος εμοι.

Natorum vita mutata et morte vicissim,
Ambo amplexa, parens hos dabat ore sonos:
Nec tua, nate, die hac mihi rebar funera flenda;
Nec te jam vivum posse sinu excipere.
Sors ita se invertit vobis; at causa dolendi
Insolabiliter certa mihi ingruerat.

LXIII.

ACERATI GRAMMATICI (38)

In Hectorem et Alexandrum Macedonem.

Ἑκτορι μεν Τροιη συγκατθανεν· ουδ' ετι χειρας
αντηρεν Δαναων παισιν επερχομενοις.
Πελλα δ' Αλεξανδρῳ συναπωλετο. Πατριδες αρα
ανδρασιν, ου πατραις ανδρες αγαλλομεθα.

Priamidae magno Troja est commortua, nec vim
Praeterea in Danaos, nec caput exseruit.
Sic et Alexandro dein Pella: haud patria cives,
Sed cives quamvis nobilitant patriam.

---

(38) Al. Archiae, al. sine nomine auctoris.

LXIV.

In obitum Hectoris.

Ἑκτορ Ὁμηρείῃσιν αει βεβοημενε βιβλοις,
θειοδομου τειχευς ἑρκος ερυμνοτερον (*),
Εν σοι Μαιονιδης ανεπαυσατο· σου δε θανοντος,
Ἑκτορ, εσιγηθη και σελις Ιλιαδος.

(*) Al. ερυμνοτατον.

Carmine maeonio celeber, tutelaque Trojae
Major, quam quae dii moenia condiderant,
Te pereunte, Hector, sua vis defecit Homerum,
Musaque conticuit grandiloqua Iliadis.

LXV.

STATILII FLACCI

In naufragum a vipera morsum.

Λαιλαπα και μανιην ολοης προφυγοντα θαλασσης
ναυηγον, Λιβυκαις κειμενον εν ψαμαθοις,
ουχ ἑκας ηϊονων, πυματῳ βεβαρημενον ὑπνῳ,
γυμνον, απο στυγερης ὁς (*) καμε ναυφθοριης,
ἑκτανε λυγρος εχις. Τι ματην προς κυματ᾽ εμοχθει,
την επι γης φευγων μοιραν οφειλομενην;

(*) Al. ὁς.

Naufragus, undarum et ventorum sospes ab ira,
Litus arenosae jam Libyae attigerat.
Hic dum subsistit languens, ac fessa natando
Vestibus orbatus membra sopore levat,
Vipereo a morsu periit. Quid in aequore cavit,
Quae misero in terra debita finis erat?

LXVI.

PHALAECI (39)

Navigatio et Agricultura.

Φευγε θαλασσια εργα, βοων δ᾽ επιβαλλεν εχετλη,
ει τι τοι ἡδυ μακρης πειρατ᾽ ιδειν βιοτης·

(39) Al. Flacci, et al. Statilii Flacci.

ηπειρῳ γαρ ενεστι μακρος βιος· ειν ἁλι δ' ου πας
ευμαρες εις πολιην ανδρος ιδειν κεφαλην.

Ne tibi sit pelagus curae, sed aratra bovesque,
Tempora si vitae ducere longa cupis.
Terra frequens senibus; verum degentis in undis
Haud facile est capitis cernere canitiem.

LXVII.

GEMINI

In Herculem Lysippi.

Viator et Hercules

α. Ἡρακλες, που σοι πτορθος μεγας, ἡ τε Νεμειος
χλαινα, και ἡ τοξων εμπλεος ιοδοκη;
Που σοβαρον βριμημα (*); Τις (**) *επλασεν ὡδε κατηφη;*
β. Λυσιππος, *χαλκῳ* (***) *δ' εγκατεμιξ' οδυνην;*
α. Αχθη *γυμνωθεις ὁπλων σεο* (****); *τις δε σ' επερσεν;*
β. Ὁ *πτεροεις, ουτος εἱς βαρυς αθλος,* Ερως.

(*) Al. *μιμημα.*
(**) Al. Τι σ' *επλ.* translato signo interrogandi in finem distichi.
(***) Al. *χαλκῳ τ'.*
(****) Al. *σεο·* sine signo interrogandi.

P. Quo clava, Alcide, tibi cessit, quove pharetra
Horrida cum jaculis ac nemeaea chlamys?
Quo vultus torvus? Quis fractum ita finxit et aegrum?
H. Lysippus miscens (40) tristitiam aere meam.

(40) *Miscens tristitiam aere.* Ne quis forte hunc dicendi modum, quo saepe utuntur graeci poetae de statuariis loquentes, putet a me primo nimis audacter in Latium transferri, auctorem prodam Virgilium, qui Æn. VIII. 431. de Cyclopibus Jovi fulmen fabricantibus ait:

Fulgores nunc horrificos, sonitumque metumque
Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.

P. Rapta tibi arma doles? Age, quis te vicerit, ede.
H. Durior aerumnis (41) omnibus, ales Amor.

LXVIII.

ARCHELAI (42)

In Alexandrum Lysippi.

Τολμαν Αλεξανδρου και ʽολαν απεμαξατο μορφαν
Λυσιππος. Τιν᾽ ὁδι χαλκος εχει δυναμιν;
Αυδασουντι δ᾽ εοικεν ὁ χαλκεος ες Δια λευσσων·
Γαν ὑπ᾽ εμοι τιθεμαι· Ζευ, συ δ᾽ ᾽Ολυμπον εχε.

Audaces animos pariter Lysippus et ora
Duxit Alexandri. Qualis in aere vigor!
Ut caelum ille ferox spectat, similisque loquenti est:
Terra subacta mihi, Jupiter astra tene!

LXIX.

DIONYSII (43)

Ad Calliopen.

Καλλιοπη πολυμυθε μελισσοβοτου ʽΕλικωνος,
Τικτε μοι αλλον ʽΟμηρον, επει μολεν αλλος Αχιλλευς.

Maeoniden alium (44), cultrix Heliconis amoeni
Calliope, mihi gigne; alius nam venit Achilles.

LXX.

INCERTI

In simulacrum Calliopes.

Καλλιοπη μεν εγω· Κυρῳ δ᾽ εμον απασα μαζον,
ὁς τρεφε θειον ʽΟμηρον, ὁθεν πιε νηδυμος Ορφευς.

---

(41) *Aerumnis*, id est ejus famosis laboribus, quos prisci Romani *aerumnas nominaverunt.* Cic. Fin. II. 35.

(42) Al. Asclepiadae.

(43) Al. incerti.

(44) Id est similem vel parem Homero. Virg. Æn. VI. 89. *Alius Latio jam partus Achilles. Alius* hoc sensu addendus est Lexico Forcellini.

Illa ego Calliope, quae nutrix ubera Cyro
Alma dedi, unde Orpheus biberant et dius Homerus.

LXXI.

Tumulus Epicteti.

Δουλος Επικτητος γενομην, και σωμ' αναπηρος,
και πενιην Ιρος, και φιλος αθανατοις.

Servus Epictetus (45) fueram, tum claudus, et alter
Paupertate Irus (46), carus at usque diis.

LXXII.

Tumulus non nominati.

Προυλαβον (*), αλλα μενω σε· μενεις δε τε και συ τιν' αλλον.
Παντας ὁμως θνητους εἰς Αἴδης δεχεται.
(*) Al. Κατθανον.

Praeveni, at maneo te; tuque alium ipse manebis.
Una mors omnes excipit aequa domo.

LXXIII.

Tumulus infantis.

Απληρστ' Αΐδα, τι με νηπιον ἥρπασας αφνω (*);
τι σπευδεις; ου σοι παντες οφειλομεθα;
(*) Al. εχθρος.

Improbe (47), quid properans nunc me rapis, Orce, puellum?
Omnes nonne tibi victima (48) certa sumus?

---

(45) Celeber philosophus stoicus.

(46) De quo multa habet Homerus l. 18. Odyss. Ejus mendicitas ita pervulgata fuit, ut in proverbium cesserit.

(47) Quum *probus*, si Festum audias, sit *velut prohibus qui se a delinquendo prohibet*, improbus erit qui se non prohibet. Hinc improbus interdum usurpatur, ut hic, pro *insatiabilis*, quia non se prohibet ab appetendo. Hoc sensu Virgilius G. I. 119. *improbum* vocavit anserem, et G. III. 431. anguem.

(48) Ita ab Horatio II. od. 3. 24 omnes homines dicuntur *victima nil miserantis Orci.*

LXXIV.

LUCIANI

Tumulus Callimachi pueri quinquennis.

Παιδα με πενταετηρον, ακηδεα θυμον εχοντα,
νηλειης Αϊδης ἡρπασε Καλλιμαχον.
Αλλα με μη κλαιοις· και γαρ βιοτοιο μετεσχον
παυρον, και παυρων των βιοτοιο κακων.

Me puerum, nullas agitantem pectore curas,
Quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
Ast ego non flendus; mihi pauca ut tempora vitae,
Sic etiam vitae pauca fuere mala.

LXXV.

ANYTAE (49)

Tumulus servi.

Μανης οὗτος ανηρ ην ζων ποτε· νυν δε τεθνηκος
ισον Δαρειῳ τῳ μεγαλῳ δυναται.

Hic servus, dum vixit, erat; nunc mortuus autem,
Quidquid Darius magnus, et ipse potest.

LXXVI.

PTOLEMAEI

Tumulus Timonis, hominum osoris (50).

Μη ποθεν ειμι μαθης, μηδ' ουνομα· πλην ὅτι θνησκειν
τους παρ' εμην στηλην ερχομενους εθελω.

Ne quaeras quis ego, aut unde: hoc sat scire, quod optem
Hunc pereat quisquis venerit ad tumulum.

---

(49) Al. incerti.

(50) Timon atheniensis, qui ob suum odium in hominum universum genus, appellatus fuit μισανθρωπος, osor hominum.

LXXVII.

GAETULICI

Tumulus Archilochi.

Σημα τοδ' Ἀρχιλοχου παραποντιον, ὃς ποτε πικρην
μουσαν εχιδναιῳ πρωτος εβαψε χολῳ,
αἱμαξας Ἑλικωνα τον ἡμερον. Οιδε Λυκαμβης,
μυρομενος τρισσων ἁμματα θυγατερων.
Ηρεμα δη παραμειψον, ὁδοιπορε, μη ποτε τουδε
κινησης τυμβῳ σφηκας εφεζομενους.

Hic jacet ad pontum Archilochus, qui carmina primus
Vipereo tingens felle, Helicona pium
Saepe cruentavit: testis qui colla Lycambes
Gnatarum (51) doluit fracta trium laqueo.
Perge viam tacitus, ne irrites forte, viator,
Summo crabrones qui resident tumulo.

LXXVIII.

PLATONIS

Tumulus naufragi.

Ναυηγου ταφος ειμ'· ὁ δ' εναντιον εστι γεωργου·
ὡς ἁλι και γαιῃ ξυνος ὑπεστ' Αἰδης.

Naufragus hic tumulor; contra tumulatur agrestis.
Heu! pelago et terrae subjacet Orcus hians.

LXXIX.

ADDAEI

Tumulus Philippi Macedonis.

Ημαθιην ὁς προτος ες Αρεα βησα Φιλιππος,
Αιγαιην κειμαι βωλον εφεσσαμενος,
ῥεξας οἱ' ουπω βασιλευς το πριν· ει δε τις αυχει
μειζον εμευ, και τουθ' αἱματος ἡμετερου.

(51) Quas Archilochus acerbitate carminum ad suspendium adegerat.

Qui prior Emathiam produxi in bella Philippus,
Hic jaceo aegaea (52) contumulatus humo.
Gessi quae nullus rex ante; et post ea si quis (53)
Majora, ille meus sanguis et alter ego.

LXXX.

PAULI SILENTIARII

Tumulus Homeri.

Ενθαδε Πιεριδων το σοφον στομα, θειον Ὁμηρον,
κλεινος επ' αγχιαλῳ τυμβος εχει σκοπελῳ.
Ει δ' ολιγη γεγανια τοσον χαδεν ανερα νησος,
μη τοδε θαμβησης, ω ξενε, δερχομενος·
και γαρ αλητευουσα κασιγνητη ποτε Δηλος
μητρος απ' ωδινων δεξατο Λητοϊδην.

Hic, decus Aonidum, divinum servat Homerum
Litoreo celeber sub scopulo tumulus.
Nec, si parva virum tantum tenet insula (54), res haec,
Hospes, visenti mira putanda tibi.
Namque ipsum potuit soror olim erratica Delos (55)
Ex utero matris sumere Latoiden (56).

LXXXI.

ASCLEPIADAE

Virtus ad Ajacis tumulum.

Ἁδ' εγω ἁ τλαμων Αρετα παρα τῳδε καθημαι
Αιαντος τυμβῳ κειρομενα πλοκαμους·

(52) In Ægis, oppido Macedoniae, ubi sepeliri reges solebant (v. Justin. VII. 2.), et ubi *Philippus a Pausania, quum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est.* Nep. 2 reg.

(53) Id est Alexander Magnus, Philippi filius.

(54) Ios, nunc vulgo *Nio*, insula parva maris Aegaei a Plin. IV. 23. *Homeri sepulcro veneranda* appellata.

(55) Insula minor quam ipsa Ios, cujus soror vocatur, quia posita in eodem mari.

(56) Apollinem, Latonae filium.

θυμον αχει μεγαλῳ βεβολημενα, ει παρ' Αχαιοις
ἁ δολοφρων Απατα κρεσσον εμευ κεκριται (*).

(*) Al. δυναται.

Hic ego ad Ajacis tumulum tristissima Virtus
Ambrosias sedeo dilaniata comas,
Ingentique animum percussa dolore, Pelasgûm
Quod sit judicio Fraus mihi praeposita (57).

LXXXII.

ANTIPATRI SIDONII

Tumulus Aristomenis.

Viator et Aquila

α. Ορνι, Διος Κρονιδαο διακτορε, τευ χαριν εστας
γοργος ὑπερ μεγαλου τυμβου Αριστομενους;
β. Αγγελλω μεροπεσσιν ὁθ' οὑνεκεν ὁσσον αριστος
οιωνον γενομαν, τοσσον οδ' ἡμιθεων (*).
δειλαι τοι δειλοισιν εφεδρησσουσι (**) πελειαι·
αμμες δ' ατρεστοις ανδρασι τερπομεθα.

(*) Al. ηϊθεων.
(**) Al. εφεδρησσουσι.

V. Ales fida Jovis, quid visu horrenda sepulcrum
Supra magnanimi sidis Aristomenis (58)?
A. Haec monitura: Mihi quantum genus omne volantum,
Huic tantum par est cedere semideos.
Insideant pavidae pavidorum busta columbae;
Fortis delector fortibus ipsa viris.

(57) Contentio inter Ajacem et Ulyssem de armis Achillis, et sententia lata ab Achivis, habetur apud Ovid. XIII. Met.

(58) De Aristomene plurima narrat Pausanias l. IV. qui *eum ait primum et omnium maxime Messeniorum nomen virtute sua illustravisse, et apud Messenios inter heroas cultum esse.*

LXXXIII.

ANTIPATRI THESSALONICENSIS

Tumulus Delphini.

Κυματα και τρηχυς με κλυδων επι χερσον εσυρεν
δελφινα, ξεινοις κοινον ὁραμα τυχης.
Αλλ' επι μεν γαιης ελεῳ τοπος· οἱ γαρ ιδοντες
ευθυ με προς τυμβους εστεφον ευσεβεες·
ἡ δε τεκουσα θαλασσα διωλεσε. Τις παρα ποντῳ
πιστις, ὁς ουδ' ιδιης φεισατο συντροφιης;

Me turbo atque undae in litus Delphina tulerunt,
Triste peregrinis scilicet augurium.
Sed pia terra tamen; nam qui videre, benigni
Confestim ad tumulum serta (59) dedere mihi.
Quum me perdiderit pelagus, quis fideret amens
Monstro, cui pulcrum perdere quos genuit?

LXXXIV (60).

Statuae Aristotelis inscriptum.

Υἱον Νικομαχου σοφιης επιστορα πασης
Στησεν Αλεξανδρος, θειον Αριστοτελη.

Grato (61) ab Alexandro positus sapientiae alumnus,
Proles Nicomachi, dius Aristoteles.

---

(59) Apud veteres tum cadavera, tum sepulcra coronis ornabantur. Vide Cerdanum ad Virg. Æn. IV. 506. Quare huic pisci mortuo idem honos habitus, qui mortuis hominibus.

(60) De hoc epigrammate Athenis non ita pridem reperto v. ephemeridem, *Bullettino dell' Istituto di corrispondenza archeologica, Roma* 1860. pag. 56, unde cl. archaeologus Caelestinus Cavedonius exscriptum mihi comiter misit, ut verterem hisque ex Anthologia excerptis tamquam parergon adjicerem.

(61) Quam gratus erga Aristotelem, magistrum suum, fuerit Alexander Magnus, illud vel maxime declarat, quod Stagiram ejus patriam, quam diruerat, rursus in illius respectum aedificaverit.

EPIGRAMMATA XXVIII EX SUPERIORIBUS GRÆCIS IN ITALOS VERSUS

AB ALOISIO ALAMANNIO ET JOSEPHO MARIA PAGNINIO

TRANSLATA

Numerus secundus cuique epigrammati in hac appendice praepositus indicat numerum praepositum superius graeco epigrammati ad quod referenda translatio est; littera vero A *vel* P, *addita eidem numero secundo, indicat auctorem translationis esse Alamannium, vel Pagninium.*

1 — I. P.

Il tuo malvagio oprare
Tu saprai forse agli uomini celare:
Ma a Dio gli stessi tuoi
Chiusi pensieri unqua celar non puoi.

2 — II. A.

Casa di Menalippo era io da prima,
Poi d'Aristide, or sua Simon m' estima;
Ma nel ver nè di quel nè di costui,
Ma di Fortuna sono, e sempre fui (1).

(1) Interpretatio Alamannii plerumque est liberior; is enim fortasse maluit imitatorem vel aemulum, quam interpretem agere. Idcirco hacc et alia epigrammata e graecis fontibus derivata, inveniuntur sine ulla auctorum mentione iis permixta quae ipse suo marte condidit.

3 — V. A.

L' oro è padre d' error, figliuol d' affanno:
Chi l' ha seco, ha timor, chi non l' ha, danno.

4 — VI. P.

Erodoto alle Muse ospizio diede,
E un libro da ciascuna ebbe in mercede.

5 — IX. P.

Mentre dal lido un pescator con l'amo
Predava i pesci, il teschio ignudo e gramo
D' un naufrago ne trae. Pietoso adopra
La mano a scavar terra, ond' ei lo copra.
Quivi un tesor trovato aperta fede
Fa, che il Ciel dona al ben oprar mercede.

6 — XIII. A.

Invidia ha questo ben, che 'l peccatore
Purga col suo peccato dentro e fuore.

7 — XIV. P.

Roma, donna del mondo, or sì tua gloria
Teco vivrà immortale,
Perchè mai più Vittoria
Da te fuggir non può; tarpate ha l' ale.

8 — XVI. P.

Fidia, o Giove, a te scese in uman velo,
O tu salisti a contemplarlo in cielo.

9. — XX. P.

Non fia che a sdegno il grand' Olimpo prenda
Che in sì superbo ostel Giove discenda.

10 — XXI. P.

Questo gran tempio Atene eresse a Giove,
Perchè quand' egli dall' Olimpo move
Quaggiù tra noi, un altro Olimpo in questi
Terreni lidi a lui soggiorno appresti.

11 — XXIV. P.

Di bianco genitor son nero figlio,
Che spiego il volo per lo ciel senz' ali,
E affacciandomi al viso de' mortali
Traggo lor pianto involontario al ciglio.

12 — XXVIII. P.

Delle tre Grazie ognuna in suo paniere
Avea numero ugual d' elette pere.
Le nove Muse con festevol arte,
Fattesi incontro a lor, ne chieggion parte.
Dividonsi le pere in guisa tale,
Che ogni Musa, ogni Grazia ha parte uguale.

13 — XXXIV. A.

Speme, e Fortuna a Dio: Che 'n porto entrai;
Schernite gli altri, ch' io vi spregio omai.

14 — XXXVI. P.

Marco celebre poltrone,
  Per non prendersi il fastidio
  D' uscir fuora di prigione,
  S' accusò d' un omicidio.

15 — XXXVIII. P.

Sogna l' avaro Egon che molto ei spende;
  Svegliato a un laccio per dolor s' appende.

16 — XL. A.

Lidio, che tanto aduni argento ed oro,
  Guardian sei, non signor del tuo tesoro;
E non usando mai quel che possiedi
  Povero vivi a te, ricco agli eredi.

17 — XLV. P.

Se nella lunga barba è ver che stia
  Tutta riposta la Filosofia,
  Chiamar dovremo al paro di Platone
  Eccellente filosofo un caprone.

18 — XLVI. A.

Un che 'mpiccarsi per povertà intende
  Trova un tesoro, lascia il laccio, il prende;
L' altro che 'l suo tesor trova furato
  Impicca sè col laccio ivi trovato (2).

(2) Hic Alamannium non tam distichon graecum, quam hanc

19 — XLVII. P.

Con poco senno alcuni
  Di nove Muse fer l' aonio coro.
  Ve' che Saffo è la decima tra loro.

20 — XLVIII. A.

Vener disse alle Muse: O m' onorate,
  Ovver l' arme d' Amor tosto aspettate.
Ed elle: Non dir più; che 'l tuo figliuolo
  Così alto, ove siam, non drizza il volo.

21 — LIII. A.

Povero Giovin fui, ricco in vecchiezza,
  Misero in ogni età più d' altro assai:
Mentre usar la potei, non l' ebbi mai,
  Or ch' usar non la posso, ho gran ricchezza.

22 — LVII. P.

Ingordi ladri, altre magion cercate;
  Salda custode a questa è povertate.

23 — LXIII. P.

Con Ettore finì di Troja il fato,
  Nè questa più lottò contro gli Argivi;

---

latinam ejusdem paraphrasim ab Ausonio factam vertisse diceres:
Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,
  Thesaurique loco deposuit laqueum.
At, qui condiderat, postquam non repperit aurum,
  Aptavit collo, quem reperit, laqueum.

Tutto con Alessandro è già cessato,
Pella, il nome e il valore, onde fiorivi.
Dunque alla patria i cittadin decoro
Sono e sostegno, e non la patria a loro.

24 — LXVIII. P.

D'Alessandro l'ardir, le forme stesse
Lisippo in questo rame al vivo espresse.
Odi quai detti al re de' numi invia:
Tu, Giove, tienti il ciel, la terra è mia.

25 — LXXVII. P.

Questa vicina al mar, questa è del fero
Archiloco la tomba. Egli primiero
Entro vipereo fiel la Musa immerse,
E il placido Elicon di sangue asperse.
Di ciò i capestri di tre figlie fede
Fero a Licambe. Or di qua torca il piede
Queto ognun per non movere a suo danno
I calabron, che su la tomba stanno.

26 — LXXVIII. P.

Un naufrago sotterra è qui riposto,
Un campagnuolo è nel sepolcro opposto:
Chiaro argumento che ugualmente il fero
Pluto ha sul mare e su la terra impero.

27 — LXIX. P.

Me che primiero Emazia accesi a guerra,
Me Filippo or qui tiene Egea sotterra.
Vinsi in opre ogni re. S'altri s'onora
Di più, ciò vanto è del mio sangue ancora.

28 — LXXXII. P.

Passaggiero, Aquila

P. O del gran Giove messaggiero augello,
Perchè mai tu dell' inclito Aristomene
In tale aspetto altier siedi all' avello?
A. Io qui palese al mondo fo, che quanto
Me sul volante stuol, tanto su i giovani
Guerrier lui sublimò d' audacia il vanto.
De' pavidi al sepolcro abbian ricetto
Le pavide colombe. I cuori intrepidi
Son nostro unico amor, nostro diletto.

ERRATA				CORRIGE
Pag.	epigr.	v.		
3.	8.	4.	*φηρουσα* . . .	*φερουσα*
8.	17.	2.	*δερκομενος*, .	*δερκομενος.*
10.	23.	1.	*εμεν*	*εμην*
29.	67	1.	P. . . .	V.
30.	67	5.	P.	V.